394

Ogonowski Consorti suae Debet.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Premis-
lien. Nobilis Sigismundus Ogonowski Sanus mente et corpore existens a Ter-
ris districtibus Iudicijs Iurisdictionibusq suis quibusuis proprijs et competen.
recedendo Praesenti vero Castrensi Capitan. Premislien. Iurisdictioni quo ad actum
praesentem attinet se cum Successoribus ac bonis suis quibuslibet omnibus totaliter
et plenarie incorporando ac subijciendo palam libere publice ac per expres-
sum recognouit Quia ipse Nobili Hedwigi Boguslawowiczowna coniugi suae le-
gitimae eiusq posteris Summam Quadringentorum florenorum polon. certi veri iusti et le-
gali debiti mutuatiq apud ipsam Creditricem suam pecuniae monetae et numeri in Re-
gno Currentis quemlibet florenum grossis triginta polon. computando tenetur atq debet
Quam quidem Summam suprascriptam Quadringentorum videlicet florenorum polon. idem
recognoscens Nobilis Ogonowski Successores suos quosuis legitimos in et super bo-
nis suis quibuslibet omnibus ac Summis pecuniarijs quibusuis habitis et habendis praefatae
Nobili Hedwigi Boguslawowiczowna Consorti suae Successoribusq ipsius inscribit et
obligat post fata sui recognoscen. daturos soluturos et coram officio Actisq Castren. Capitan.
Premislien. realiter et in effectu reposituros et relicturos repositamq et relictam Summam
eandem nullatenus ab eodem officio non appleuaturos nec arestaturos vel quouis alio modo
solutionem eiusdem Summae impugnaturos Sub vadio similis Summae Quadringentorum
florenorum polon. per suprascriptos Successores sui recognoscen. eorumq posteros praefatae
Nobili Hedwigi Boguslawowiczowna consorti sui recognoscen. eiusq posteris ob non solutionem

Summae suprascriptae

Summae supraescriptae pro tempore et loco superius expressis ad solvendum succumbendo Per quos quidem vadio modo praemisso ad solvendum succubiis ac re aliqua principali ex praemissis non soluta solvenda sive non complenda complenda Citati existentes successores sui recognoscendi aut eorum successoris Ad instantiam supraescriptae Nobilis Hedvigis Boguslawiczowna consortis sui recognoscendi eiusque successorum Ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense Citabuntur vel successores supraescripto quo ad respondendum spectat mediante. Super iis primo Citationis termino tamquam peremptorio stare iurisparere respondere vadium praefatum luere inscriptioni praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebunt et tenebuntur seque ac suos successores ad eadem omnia inscribunt et obligant Eundem terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate proprianimi minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Exercitum vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo Ad quietationem ultra proximos terminos officii praefati Castrensis Premisliensis dilationem sibi non recipiendo Nullisque motiones appellationes protestationes et earum prosequutiones faciendo Ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus tutelis Iuris praescriptione Terrestri bello Conventionis et aliis quibusvis iuris remediis et facti defensionibus non evadendo nec modo quovis subterfugiendo Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa mediante

Eorundem Coniugum Mutua Advitalitas.

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobiles Sigismundus Osonowski ab una Et Hedvigis Boguslawiczowna coniuges legitimi maritus solus per se consors vero cum eiusdem mariti sui personali assistentia et illusione ad infrascripta recognoscenda consensu partibus ab altera sani mentibus et corporibus existentes a Terris districtibus ursibus iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo Praesenti vero Castrensi Capitaneali